







IVSTA EXSEQVIALIA

Beatis manibus

PIENTISS: PVDI-
CISS: NOBILIS-
SI MÆQVE MATRONAE
ELISABETHÆ SCHLIBENIANÆ,

Nobilissimi Præstantissimiq; viri Dn.
HENRICI à STARSCHEDEL in CAN-
VVITZ, beatæ memorię, relictæ viduæ, cuius cum
V. Id. Iulij Canuuitij, vera Christi mediatoris inuoca-
tione, & vitæ alterius ardenti desiderio, anima ad
sempiternam cum Deo consuetudinem piè emi-
grasset, corpus 14. Cal. Iulij ibidem in æde
sacra honorifice tumulatum est,

Scripta.

à

M. IOHANNE GENTSCH Gr. & Pa-
store Sittenensi, amissione eius, pietatis & affe-
ctionis defunctæ erga se intuitu, mœstissimo
eāq; de causa lessum adornante.

LIPSIÆ,

Ex officina Typographica Abrahami Lambergi.

ANNO Λογανθρωπίστως.

M. DC. IIII.

BIBLIOTHECA
PUNICKAVIANA



Defunctæ religiosissimæ nobiliss. optimæq;
Matrone

F I L I I S,

Dn. HENRICO, ERNESTO THE-
ODORICO, IOANNI BALTHASARI, &
VVOLFGANGO, FRATRIBVS IN CANVWITZ, &c.

G E N E R O

Dn. IOANNI SCHLEINITIO PRÆ-
fecto arcis & prædiorum Mutinæ &c.

P R O G E N E R O

Dn. CASPARO PFLVGK IN BOH-
LEN ad Muldam.

Θ ΤΤΑΤΡΙΔΟΤΣΙ
AB ANGERIN.

&

Dn. IOANNI ALBERTO AB HO-
LEIVER in Burchardshayn Illuſtriss. Sax.
Electoris &c. Pocillatori.

Viris pietate, eruditione, dignitate, prudentia, gene-
ris nobilitate deniq;, & virtutis honestissima praxi eminen-
tissimis, præstantissimisq;, omnibus & singulis

Hunc Lessum qualem qualem subjecta mentis obser-
uantia dedicat

M. Iohan. Gentsch Sittenæ apud Kōtri-
tios verbi VERB i præco.

Tempore

Empore Leucore à quo te comitarer in urbe,
Phœbei pars una Chori, Tritonia Pallas,
Atq; juuentutis, studijs grauioribus suum.
Eubuli adijcerem monitu, quā spumifer ALBIS
Murmure rauclisono piscoſas arcuat undas;
Quaq; tuas olim, Latialis Bestia, technas
Numinis instinctu superi detexit, & orbi
Oſtendit vero ſcripturæ indagine cultus
Currus & Automedon iſta regione LUTHERVS.
Illic excelsis habitans ego ſedibus, & dis
Principis AVGVSTI magnis quam ſumtibus ultro
Extruxit dictis, Pietas rariſſima, Muſis,
Hec ſum conſpectum ecum meditatus in urbis.

Hic eſt ille locus ſanctus, quem ſemper amœnum,
Semper honoratum GERMANIA, & omnis habebat
Tellus, justiciæ cui ſacro purior igni
Sol micat, & ſanctas communicaat aethere flamas.
Quippe locis iſtis, diuinus ab arce LUTHERVS
Indubie cœli demiffus, regna PHERONIS
Eruit Ausonijs, Satanae fundata ſinistris
Auspicijs, ſummi commoniſtrants numinis almam,
Culturam, qua nunc nullis extincta tyrannis,
Schismaticis ue vagum, ſincera perambulat orbem.

Hic eſt ille locus, quem cum Germania bellis
Arderet grauibus male, Cæſar CAROLVS antè
Felici ſemper deprensus Marte, cateruis
Nequicquam obſedit, CHRISTO nam vindictuta
VVITEBERG Aſtetit, nec non impunè tot hostes
Externos, patulos conſpexit ferre per agros
Cæſareas aquilas, & Ibericas signa cohortes;
Cum tristes gemeret caſus, indignaq; vincla
Saxonis innocui, quā tempeſtate ſecutus

Saxonici caussam Genitor meus impiger aquam,
Hic patriæ contra vigilauit fortiter hostes,
Glandibus accessum remouens pro parte virili.
Delicias superum quis non hanc dixerit ergo
Affectam cœlo meritis tot grandibus urbem?
Quis non ad rutili confinia splendida solis
Viderit elatam? nam certo munere C H R I S T I
Prima, redemptoris, postremo hoc turbine rerum,
Ante alias, Superum thesauris floruit, urbes.

Hæc ego vel similes quamvis ex ordine causas
Rerum spectarim, quoties commercia Phœbi
Concessere animum sanctis impendere curis,
Et bona prædictæ sanctè meditarier urbis,
Non tamen idcirco meriti, veterumq; locorum
Cessit ab ingenua memoratio pristina mente,
Præsertim M A T R O N A tui generosa, quod in me
Contuleras, stabili quæ nunc statione potita
Irrita fallacis linquis ludibria mundi.
Quin potius sancto precibus fero ure peractis
Teq; tuosq; D E o commisi, ut largiter omni
Donorum afficeret cumulo, seruaret, & actu
Extremo vita fragilis, cœlestibus aulis
Inferret Christi mundatas sanguine mentes.
Inde est, quod dicta cum quondam carmen ad urbe
Ad parnatorum peruenit nobile factis:
His tua tractarit pariter præconia verbis.
Eximio vestra gaudens pro munere vita,
Vota D E o fundit, curis pia mater & annis
Fessa, maritarum decus, exemplumq; pudoris,
Obsequio Christum venerans, qui faxit, ut auum
Quod superest morbis expers traducat, & olim
Per sanctas placide C H R I S T I portetur in ulnas.

Versibus

Versibus his de te quid conuenientius unquam.
Prolatum, dictumque fuit, festiuiter illi
Signarunt vitam, placidiq; nouissima fati
Pinxerunt breuibus sua per compendia verbis,
Ut neg^r, liuor iners, quantumuis expetat, ullum
Vlliis erroris possit conuincere verbum.
Nam manifesta tua referamus ut ordine paucis
Argumenta modis, nota virtutis, & ortus
Indictum, siccopede transgrediamur honorem;
Cum genus & proauum grauitas, Sapientibus albo
Virtutis propria vix annumeranda putetur.
Tot tibi (nota loquor, nec enim praeconia laudum
Quite nouerunt, quenquam latuere tuarum:)
Casto virtutes in corde fuere, quot olim
Uxores patrum placide tenuere sacrorum,
Nomine quas isto collaudat Apostolus ille,
Quem tumor atq; timor celebrem fecere, sub illa
Nocte, tulit nostro quo fænore vincula C H R I S T V S.

Sed præstat laudum summam memorare tuarum,
Ne tua forte tuo moriatur corpore V I R T U S,
Quæ documenta piæ confert rarissima vita.
Præ reliquis etenim tanti splendoris & ortus
Ipsa viraginibus (quas vanæ superbia sacros
Non tractare sinit dextra ratione libellos:)
Agnitione D E i flagrabis segnibus annis;
Colloquijs sacris & dictis fonte petitis
Cordis vase tui, sincero nobilis Hebri,
Ut certare viris doctis interrita posses.
Impolluta fides regnabat pectore, C H R I S T I
Omni, virosei purgans te sorde, cruxoris.
Inde subintrabat dura Patientia sortis,
Et spes attrita donans lenimina menti.

A 3

Sapius

sibus

Sapius audita est feruens Oratio, qualem
Fœmina fundebat Tyrijs in finibus olim,
Quæ nat & peperit, pulso Cacodæmone, pacem,
Se similans paruae subjecta mente catellæ,
Cura ministerij (pietas hac quanta?) verendi,
Et data pauperibus digitis donaria largis,
Tempore quos isto curat propè nemotenaci,
Iudicio possunt ignaris esse, quid ad e
Qua veneranda Dei traduntur dogmata verbi,
Imbiberis sacris obseruandis q̄ diebus.

Penè mihi exciderat cultum & memorabile dictum,
Tædia pestifer & tibi quod sanctissima secta
Expressere, pari (liceat mihi vertere) sensu.
Si mihi mancipio Caluini scripta darentur,
Omnia in ardente flagrarent raptæ culinam,
Diffona quippe sacris profitentur dogmata libris,
Omnia perturbant, vertunt in candida nigrum,
Sacrilegiq; suo Christum prædantur honore.
Facta sed ut tabulam nos concernentia primam,
Illustrata tuis jam pridem moribus, inter
Tamvarios dubiæ vita mortis q; labores,
Cessemus tremulis includere singula metris.
Efficit ecce tua restans pars altera laudis.
Quinam justiciæ fuerit tibi seruor alenda,
Sedulitatis amor, praxis candoris & equi,
Ardor amicitie, pax, mansuetudinis usus,
Cura maritalis fidei, solertia ritæ
Formanda sobolis vera ad pietatis amissim,
Cura pudicitie, studium grauitatis, id omnes
In triujs p̄ssim grato mecum ore loquuntur.
Ergo etiam (neg, enim nobis temeraria semper
Illudunt vanis sensus commenta figuris)

Iuxta

Iuxta transmissi votisq; preciisq; tenorem,
Morbis expertem traduxi commoda vitam.
Hactenusq; sanctas C H R I S T i tutoris in ulnas
Venisti, aeternam fato lucrata quietem.

Illic angelicas inter letissima turmas,
Dulce Redemptoris carmen modularis, honoras
Vnigenamq; D E I Natum, quod sanguinis are
Est tibi mercatus sinuosa palatia cœli.
Quinq; confortem thalami, quem funere tristi
Ante diem rapuit Libitina, diesq; seniles,
Conspicis, alloqueris, deamas, discrimina narras,
Quæ viduata viro tuleris complurima mundo
Non tamen admisces lacrymas, velut ante solebas,
Quando tuae vita facunda retexere telam:
Gaudia sed latam dum mentem mille pererrant,
Plaudisq; apponis baculo non amplius artus.

Plaude, quis inuidet? nos terris paupere fato
Quo mala mille premunt miseris, quo longa malorum.
Agmina circumstant dubios, traducimus euum.
Donec summa dies veniat, qua vindice Christo
Has post aerumnas, mundo meliore locati.
Aeternisq; bonis, aeternaq; pace fruemur,
Pace illa, qua gens fruitur felicis olympi,
Cum portum latum sistet nos Christus in illum.
Gaudia quo liquido passim torrente redundant.
Maxima, nec finem nouit diffusa voluptas.
Illic vera pijs patria est, hic tempora tantum.
Dura bonos sine fine premunt, morbiq; famesq;
Bella, lues, pestes, incendia, furtæ, rapina,
Exilia, q; clades varia, mortisq; patentes
Mille viae, casusq; graues, sauiq; timores,
Sub numerum non ullæ potest quos cogere lingua.

Hec

Ze 6090 OK

Hac & plura tuâ declinas morte, nec inter
Ulterius dubij versare pericula mundi.
Nos TIBI deuota gratiamur mente quietem;
Nec non, qua pars est, fieri pietate precamur;
Ut cinis exigua qui jam tumulatur in urna,
Qua sita CANNVITII sunt splendida prædia pagi;
Et sacra stat saxis innixa rigentibus ædes
Rure ferè in medio, requiescat molliter, ima
Terra illi flores, ing. ipso lilia busto
Cedat, & Elysium vernans aspiret amomum.

E P I C E D I V M.

SI verum est, velut est, vulgo quod dicitur, arbos
Ingenij prodit fructibus indicium.
Haud poterunt paucis includi versibus omnes,
Par ut erat, dotes ELISABETHA, tux.
Namq; TVI tot TE referunt virtutibus auctam
Quot Marmor pisces, quot Polus astra vechit.
Scilicet est talis natorum, credite, quivis,
Qualis ut existat qui genuere volunt.
Esse tuum exoptas veræ pietatis amantem,
Efficere hoc gnauâ sedulitate potes.
Esse tuum patriæ vomicam cupis atq; nepotum,
Indulge, & voti compos abibis iners.
Tantum cura patrum vigil & bene prouida, tantum
Mens secura sui muneris ecce valet.
Ergo quod Pietas, virtus, studiumq; juuandi
Pauperie pressos vnica cura Tuis.
Hoc Matrona tuo debent, generosa, labori,
Hoc debent precibus, quas dedit alma Fides.
Hinc etiam laudum non est moritura tuarum
Famz, nilger donec vesper & ortus erunt.
Hinc elegi voluit manes mea carmine Musa
Taqm bene promeritas condecorare tuas.
Hinc curis expers, Genijsq; immissa beatis
Aetherij subtus conspicis astra poli.
Vos quicunq; pari cupitis decidere quondam
Laude, pari natos excolitote fide.

M. Balthasar Beyer Grim. S. S. Theol. Stud.

F I N I S.

1677

me



ULB Halle
004 365 917

3





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-99690-p0012-3

DFG

AK.323.

v. Starsch

I V S T A E x s e Q

Beatis man

PIENTISS CISS: NO: SIMÆO VE MA

ELISABETHÆ SCH

Nobilissimi Præstantissi

Nobilissimi Præstantiss
HENRICI à STARSCH
VVITZ, beatæ memoriæ, rel
v. Id. Iulij Canuuitij, vera CI
catione, & vitæ alterius ardenti
sempiternam cum D E O conſ
grasset, corpus 14. Cal. Iul
ſacra honorificè tum

M. JOHANNE GEN

store Sittenensi, ammissione eius
etionis defunctæ erga se int
eâq; de causa lessum

LIPSIAE

Ex officina Typographica A.

A N N O Αρχανθε

M. D C₄ I

1999999999

BIBLIOT WINICKA

Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Black
3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

reen

Cyan

Blue

